



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

# **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1663**

S. Isiacus C. 30. Maii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41940**

S. ISACIUS C. 30. Maii.

**M**ovebat in hostem Imperator Valens ipse D E I longè maximus hostis; ut qui pro Arianis pugnabat, templisque Catholicos arcebat. Occurrit eungi Isactus noster plenus fatidico spiritu, & libertate Christianâ armatus, monuit, si pacem in Imperio exoptaret, ne bellum cælo faceret: si que belli portas claudere per cuperet, Catholicorum tempora prius aperiret; aliter crederet cum Superis sibi bellum fore, nec nisi sanguine suo, & interitulitaturum Marti. Hæc inquam, & similia non semel Isactus occinebat Valentii. At hic molestum monitorem in obvia dumeta jussit abjici. Scilicet, si spinæ illæ nunquam aliæs, tunc certè rosas tulerunt, sanguinemque biberunt, quo rectè erubescerent. Et verò ad formosa spectacula tres Coelites advolarunt, gestieruntque a spinis Isacium (hoc est rosam) tollere, qui eadem mox oracula tyranni auribus ingessit. Tum verò eum asservari inter vincula jussit Valens, dum redux è bello lictorque otiosè rideret vatem suum. At hic abeundi illa alterius vatis verba dixit, *Si reversus fueris in pace, non locutus est in me Dominus.* Enim verò Valens acie victus est, & qui fumos vendenti Ario crediderat, fumo igneq; in fuga periit: at Isactus vatis honores tulit.

Y 5

III

316 VITÆ SANCTORUM. 31. Maii.  
Illi urbis portæ ad preces, quoties libuit,  
patuerunt: illum mortuum omnis Con-  
stantinopolis tam luxit, ut unicum homi-  
nem omnium humeris crederes efferri.  
*Ex Metaphr. & Menol.*

Cooperatores sumus gratiæ Dei: non enim  
dormientibus provenit regnum cœlorum, nec  
otio desidiaque torpentibus beatitudo eter-  
nitates ingeritur: sed, quia si compatimur,  
conglorificabimur, illa nobis currenda est  
via, quam ipse Dominus se esse testatus est.  
*S. Leo serm. 5. de Epiph.*

B. JACOBUS VENETUS. 31. Maii.

**Q**uid matrem crepas pueritia, quid  
patrem, scopulos sæpè filiorum? Si  
cælo digna es, nunquam orba eris, ca-  
lum te adoptabit. Ecce J A C O B U S cum  
patre matrem puer amisit. At ayia ejus,  
lectissima matrona, matrem illi dulcio-  
rem M a r i a m ostendit, cuius si hora-  
rias preces tantisper recitaret (& tempus  
definiebat) præmia cupido pollicita est:  
qua et si illa non persolvit, perrexit ta-  
men J A C O B U S officium suum facere,  
& horas Marianas quotidie decurrere.  
Ita filius M a r i æ in D. Dominicii fami-  
liâ patrem etiam Iesum invenit, cuius uti  
nuper M a r i æ, nomen ita animo infi-  
xum gestabat, uti tunc obliisci horum  
posse videretur, si patris & matris posset.  
*Ex Divis præterea præcipuâ veneratione*  
cole-